



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 45. Senatorum responsum ad Mariæ epistolam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

eo quod populus jamjam tumultum ciere  
inciperet, palamque legitimum jus soli Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.  
Mariæ competere pronuntiaret.

## §. XLV.

*Senаторum responsum ad Mariæ epistolam.*

Postmodum Senatores verbis huic diplomati vix non omnino correspondentibus ad Mariæ literas responsum dabant, hæc significantes: „Joanna „Graja juxta veteres regni leges, ac „Eduardi edicta abs dubio legitima est „Angliæ hæres, cui omnes fidei obsequium integre præstare tenentur: cum „Catharinæ Arragoniæ Matris tuæ matrimonium cum Henrico VIII. per Curiae Ecclesiasticæ sententiam, nec non „ad mentem legis divinæ, ac Regni Constitutiones irritum fuerit declaratum, „pluresque Academiæ, ac celebriores „Europæ Universitates ejusdem quoque „fuerint opinionis, ac denique Cantuariensis Archiepiscopi sententia sæpius „ab ipso Regio Senatu confirmata fuerit; unde patet, quod tu minime ex legitimo thoro suscepta sis, nec etiam successionis jure potiri valeas, unde te hor tamur, quatenus a prætensis tuis iuribus desistere, nec etiam regnum turbare, velis: si itaque intra debitæ submissio nis limites te continebis, nos semper, tuis

**Sæcul. XVI.** tuis obsequiis addictos experieris, quan-  
**A.C. 1553.** tum per obedientiæ rationem, qua-  
 Joannæ Reginæ obstricti sumus, lice-  
 rit., Subscripsere huic epistolæ ex Con-  
 filiariis viginti, & unus, quos interpræ-  
 cipui erant Cranmerus Cantuarienis  
 Archiepiscopus, Suffolciae, & Northum-  
 briæ Duxes, Viacomiensis, & Northan-  
 tonianus Marchiones, Arundelius, Sa-  
 risberiensis, Huntingtoniensis, Bed-  
 fordiensis, & Pembruchius Comites  
 præter quosdam Nobiles, Equites, alio-  
 que. Verum hoc responso parum tur-  
 batur Maria, minus vero desistebat de cun-  
 ctis prospicere, quæ ad tuenda jura sua,  
 atque ad capessendum Regni solium ma-  
 gis opportuna censebat.

### §. XLVI.

*Norffolciensis, ac Suffolciensis Pro-  
 vinciae Principi Mariæ adhærentes.*

*Burnet hist.  
 de la ref. I. 2.  
 tom. 2.  
 p. 356.* Jamiam Maria a Norvicensibus Regina  
 salutabatur: præterea Norffolciensis  
 ac Suffolciensis Provinciae palam eidem  
 suffragabantur, copiasqne subministra-  
 bant. Quinimo hac in occasione Suf-  
 folcienses suum erga Mariam studium  
 præ cæteris exerebant, quamvis aliunde  
 Protestantium sectæ pertinaciter ad-  
 hærerent. Confluebant etiam ad Framin-  
 gam castellum Procerum, ac Nobilium  
 quamplurimi, qui eidem sua offerebant

obie-